

paratus forem. Sed tu, quid ex usu tuo sit
facile statuēs. Has nunc ternas ad de scripsi.
Vale. Evola & mater ejus cum omnibus
Charitibus te salutant. XX. Julii 1581.

P. S.

J. Grynæus tuus.

PRo D. Caroli arcæ vectura precium nu-
meravit D. Iselii Socer. Ut non sit cur-
cuicunque exsolvas. Signum literis hisce in-
clusum mitto. Tuo dolio Claudio inscripsit
literas. *C. A. J. vel G.*

EPISTOLA VIII.

SCUM animadverterem Claudiū Bibli-
opolam alios quoque ad te, nobiliſſ. &
amicissime Domine Compater, libros missu-
rum, ne χάρις Βραδύπτες ἀχαρις foret, Pro-
verbiorum συλλογὴ, cum auſtariolo ex Xe-
nophonte ad te mittere malui, quam dubia
ſpe auſtarii ex Apophthegmatis, diutius te
detinere. Sed tu ſcis mihi varie occupato,
& nonnunquam vix ad ſcalpendas, quod di-
ci ſolet, aures, ocium habenti, opus eſſe Le-
ctoris ἐπιεικεία. Vetus eſt proverbium συγ-
γνώμην πεῖτο πείρω : Verum tu pro tua
humanitate facile dabis, συγγνώμην etiam
iis deberi, qui δευτέρας φρεγτίδας, quia σεφώ-
τεραι